



## **S. Odilo Abbas. Cura defunctorum**


**[Köln], [1654]**

S. Scholastica Virgo. Fervor ad pia colloquia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)





S. SCHOLASTICA VIRGO.

*Fervor ad pia colloquia.*

Deus, qui à S. SCHOLASTICA exoratus, piis ejus cum Fratre colloquiis protrahendis misso imbrevoluptu-  
no favisti; fac ut de te audire ac loqui nunquam nos tædeat, donec obscure hic cognita clare videamus in cælo.

*Ora pro fastidientibus pios sermones,*





Scholastica, Nursiæ in Umbria nata, & Deo ab ipsa infantiâ dedicata, solebat semel quotannis excurrere ad fratrem suum S. Benedictum, jam in Cassino monte residentem, gratia spiritualis collationis; ipso ad eam descendente in prædium quoddam monasterii, ubi illa hospitabatur. Hoc cum aliquando ex more fieret, & nox incumberet, recedere volebat ad monasterium juxta Regulam frater; illa vero, caput in manibus declinans, lacrymis mensam perfudit; imminensq; mox secuta imbrium inundantia, tonitruis & fulguribus mixta, vetuit Sanctum abinde discedere. Altero die ad cellam suam Scholastica rediit, ad monasterium Benedicti. Cum ecce post triduum, elevatis in aëra oculis, vidit ejusdem sororis suæ animam in columbæ specie cæli secreta penetrare: ac protinus misit qui corpus ad monasterium deferrent, & ponerent in sepulchro, quod ipse sibi paraverat, circa an-

540. Ita quorum mens una semper fuerat una quoq; sepultura fuit, & communia veneratione que in præsentem diem celebrantur miracula; ostenditur etiam eo loco monasterium, quo convenire ambo solebant.

*Sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius. Luc. 10.*